

telligere naturæ dissimilitudinē, sed generatīs autoritatē. Quærebant ergo eū apprehendere, et nemo misit in illū manus, q[uod] non dum uenerat hora eius. Hoc est, quia nolebat. Qui e[m] voluntate natus est, uolūtate passus est. Sicut horam p[ro]uidebat sibi natuitatis suæ, ita horam p[re]destinavit passionis suæ. Si hora mortis nostræ illius est uolūtas, quanto magis hora passionis sue in arbitrio uoluntatis suæ uenit? Magna igitur misericordia dñi nostri Iesu Christi, factum esse eum, ppter nos in tempore, per quæ facta sunt tēpora: factum esse inter omnia, per quæ facta sunt omnia: factum esse, quod fecit. Factus est quod fecerat. factus est e[m] hō, qui hoīem fecerat, ne periret qd fecerat. Scdm hanc disp[ec]tationē iam uenerat hora natuitatis, & natus erat, sed nōdū uenit hora passiōnis. Ideo nondū passus erat, q[uod] nōdū uenerat hora in q[uod] pati uoluisset. Ideo in cruce legiteum dixisse, dum omnia perfecta sunt scdm scripturas, prophetarū. Cōsummatū est, & inclinato capite tradidit spm. Dū uero uoluit, consummata fuerant, quæ de eo scripta sunt. & cōsummatis omnibus, potestate propria emisit spiritum. De turba autem multi crediderūt in eum. Humiles & pauperes saluos faciebat dñs, principes insaniebant. Et ideo medicum nō solum non agnoscebant, sed etiam occidere cupiebant.

FERIA QVARTA post Lætare, Iohannis IX.

In illo tempore Præteriens Iesus, uidit hominē cæcum à natuitate. Et reliqua,

POST LAETARE

499

EA quippe quæ fecit dñs noster Iesus Chrs stu
penda atque miranda , & opera & uerba sunt.
Opera, quia facta sunt: uerba , quia signa sunt.
Si ergo qd significet hoc , quod factū est, cogitemus,
genus humanū est iste cæcūs. Hæc em̄ cēcitas cōrigit
in primo homine per p̄ctm̄, de quo oēs originē du-
ximus, nō solum morris, sed etiam iniquitatis . Si em̄
cæcitas est infidelitas, & illuminatio fides, quem fide-
lēm, qñ uenit Christus, inuenit. Ideo euangelista de
Christo dicit : [Et præteriens Iesus,] Sic p̄terijt em̄
Christus, & non in uia p̄ctōrum nostrorū stetit, sicut
in quadam parabola ipse dñs ait: Venit em̄ Samari . Luce. 10
tanus secus uiam, qui uenit sanare uulneratū semiu-
num. Præterijt cæcum illuminare, qui uulneratus in
parabola dicit, hic in re gesta cæcus illuminatur. Vi-
dit ergo hoīem cæcum, non utcūq; cæcum, sed cæcū
ā nativitate. Omnes em̄ homines præter illum solum,
qui ex uirgine natus est , originali p̄ctō cæci. i. cum
p̄ctō nati sunt, quod ex radice peccati primi parētis
traxerūt. **I**nterrogauerunt eū discipuli eius.
Rabbi Magistrum appellabant, qui discere deside-
rabant. Quæstionem quippe dño proposuerunt tan
quā magistro. **Q**uis peccauit hic aut parētes
eius ut cæcūs nascetur? **R**espōdit Iesu:
Neç hic peccauit, neç parētes eius. Quid
est quod dixit? Si nullus homo sine peccato , nūquid
parentes huius cæci sine peccato erant? Nunquid
ipse sine peccato originali natus erat, uel uiuendo nī
hil addiderat? Si ergo & parentes eius habuerunt pec-
catū, & iste habuit p̄ctm̄, quare dñs dixit, [**N**eç hic
peccauit neç parētes eius,] nisi ad rē respondit, de
qua interrogatus est, cur cæcūs nascere? **H**abebat au-

ii ii

FERIA III.

tem peccatum parentes eius, sed non in ipso peccatum
 factū est, ut cæcus nasceretur. **S**i ergo non peccato pa-
 rentum factū ē ut cæcus nasceretur, quare cæcus na-
 tus est. **A**udi magistrum docentem, quærat credentes,
 ut faciat intelligētēm: ipse causam dicit, quare sit ille
 cæcus natus.] **N**eque hic peccauit, neque patētes eius, sed
 ut manifestentur opera dei in illo.] **N**on solum quid
 ī hoc tantummodo cœco acturus sim, sed ut manife-
 stetur, quid in cæcitate totius humani generis per me
 agēdum sit, deinde se cutus adiunxit. **D**e oportet
operari opera eius qui misit me, donec dies
 est. **M**emēto quō uniuersam gloriam illi dat, de quo
 est, quia ille habet filium qui de illo sit, ipse nō haber-
 de quo sit. **Q**uae sunt opera dñi propter quod uenit fi-
 lius dei in mundū, nisi cæcitatem humani generis illu-
 minare, uulnerata quæc sanare, pdita requirere, de-
 formia reformare? **S**ed quid est qđ dixit, [**M**e oportet
 operari opera eius qđ misit me, donec dies est. [**V**e-
 nit enim nox quando nemo potest operari.] **C**onstat
 expressum ac diffinitū diem cōmemorassi dñm hoc
 loco seipsum, i. lumen mundi. [**Q**uām diu (inq.) sum
 ī hoc mundo, lumen sum mundi.] **E**rgo ipse operat,
 quandiu est in hoc mundo. **P**utamus fratres eum fu-
 isse hic tunc, & modo non hic esse. **S**i hoc putamus, iā
 ergo post ascensum dñi facta est nox ista metuenda,
 ubi nemo posſit operari. **S**i post ascensionem facta ē
 nox ista, quid est quod ait discipulis suis ascendēs in
 cælum. **E**cce ego uobis cum sum omnibus diebus us-
 que ad cōsummationē seculi, qui tunc corporali præ-
 sentia fuit in mundo, nunc diuina potētia præsens est
 ubiqꝫ in mundo. **A**udiuius diem, audiamus quæ sit
 nox ista. **Q**uid igitur? **Q**uid dicemus de nocte ista, qđ

POST LAETARE

501

erit, quando nemo poterit operari. **Nox** ista impiorum erit, nox ista co^rerit, quibus in fine dicetur: Ite Matth. 25: in ignem aeternum, q^{uia} paratus est diabolo & angelis eius. Sed & nox dicta est in flamma ignis. **Audi**, quia & nox est, quae de quodā seruo dicitur: **Ligate illi manus & pedes**, & projicite eum in tenebras exteriores. Operetur ergo homo, ne illa nocte praeueniatur, ubi nemo possit operari. **Modo** est, ut operetur per dilectionē: & si modo operamur, hic est dies, hic est Christus. Audi promittentem, & ne arbitriteris absentem. Ecce ego uobis sc̄lū sum oībus dieb⁹ usq; ad cōsummatiōnē sc̄li. Ibi em̄ erit nox, ubi n̄emo possit ogari, sed recipere quod operatus est. Aliud est tempus operationis, aliud receptionis. Reddet enim unicuiq; secū dum opera sua. Audiamus sollicita mente Apostolū nos exhortantem operari. Dicit enim, **Dum tempus habemus**, operemur bonum. Quid enim Christus dixerit, admonēdo bonos, terrēdo malos, audiūmus. Sed uideamus quid fecerit. **Hec cum dirisset**, expūnit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit super oculos eius, & diris ei: **Vade & laua in natatoria Siloë**, quod interpretatur missus. Quid fecit dñs peripicū est. Illuminatio enim facta est in caeco, sed magnum mysterium cōmendatur in humano genere. Expuit in terram, & ex saliuā lūcum fecit, quia uerbum caro factū est. & unxit oculos caci. Inūctus erat, & nondum uidebat, mītit illū ad piscinam, quae uocatur Siloë. Pertinuit autem ad euangelistam commēdere nobis huius piscinæ intelligentiam, & ait: [Quod interpretatur missus.] Jam quis ē missus agnoscitis. Nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrū fuisset ab iniūitate dimissus. **Lauit ex-**

sala.

go oculos in ea piscina, quæ interpretatur missus, baptizatus est in Christo. Si ergo qñ eū in seipso quodammodo baptizauit, tūc illuminauit: quando ininxit, forasse catechumenum fecit. Potest quidem aliter atq; aliter tanti sacramēti exponi & tractari profunditas, sed hoc sufficiat charitati uestræ. Vngit catechumenus. i. docetur ut credat in Christū. Mitterit ad piscinam baptismi, ut illuminetur, ut lumen uerū agnoscat, ut remissionem peccatorum accipiat, ut ex filio iræ efficiat filius dei, illuminatusq; ueniat prædicare Christū. Itaq; vicini, z qui videbant eū prius, quia mendicus erat, dicebant: Nōne hic est qui fedebat z mendicabat: Alij dicebant, q; hic est: alij aut, nequaq;, sed similis est eius. I Aperti oculi, uultum mutabant. Ille vero dicebat, quia ego sum. Vox grata, ne damnaretur ingrata. Dicebant ergo ei: Quō averti sunt oculi tui? Respondit: Ille hō qui dicitur Iesus, lutum fecit & unxit oculos meos & dixit mihi: Vade ad natarorā am Silog, & laua. Et abiit, & lauit, & uidi.] Ecce annuntiātor factus est gratiæ euangelizat, confitetur. Videlens cæcus ille cōfitebatur, & cor impiorū stringebatur: quia nō habebant in corde, quod iā habebat in facie. Dixerūt ei: Ubi est ille? Ait, nescio. In his uerbis animus ipsius adhuc inuncto similis erat, nō dum uidentur. Sed ponamus fratres tanquam illam inunctionem in animo habuerit, & predicat, & nescit quem prædicat. Adducunt ergo eum ad phariseos, qui cæcus fuerat. Erat autē sabbatū, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterū ergo interrogabant eum pharisei quō uidisser. Ille autem dixit: Lutum mihi posuit super oculos meos,

& laui, & video. Dicebat ergo ex pharisæis quidā. Non oēs, sed quidam iam eīm inungebantur quidā. Quid ergo dicebant, nec uidentes, nec uncti? **Non est iste hō a deo, quis sabbatum non custodit.** Iple potius custodiebat, q̄ sine p̄tō erat. sabbatum spirituale hoc est, non habere p̄tō. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Sed isti nec uidentes (ut dixi) nec inuncti, sabbatum carnaliter obseruabant, spiritualiter uiolabant. Alij dicebant: **Quō potest hō peccator hæc signa facere?** Ecce sunt in uncti. **Et schisma erat in eis.** Dies ille diuinus erat inter lucem & tenebras. **Dicunt ergo cæco itez:** Tu quid dicis de eo, qui aperuit oculos tuos? Quid de illo sentis? Quid existimas? Quid iudicas? Querebant quemadmodū homini calumniantur, ut de synagoga pelleret, sed à Christo inuenire. Sed ille constater qđ sentiebat expressit. Ait eīm: **Quia pp̄heta est.** Adhuc quidē inūctus in corde, nondū dei filiū confitetur, nec mētitur. **Tū ipse dñs de seipso ait:** Non est pp̄heta sine honore, nisi in patria sua. **Hō crediderunt ergo Iudæi de illo,** ga cæcus fuisset, & uidisset, donec uocauerunt parentes eius, q̄ uiderat, & interrogauerunt eos, dicentes: Hic est filius uester, quē uos dicitis, quia cæcus natus est. **Quō ergo nūc uider?** R̄nderunt eis parētes eius, & dixerūt: Scimus q̄a hic est filius nr̄, & quia cæcus natus ē. **Quō autē nunc uideat,** nescimus: aut q̄s eius aperuit oculos, nos nescimus. ip̄m interrogate, & statē haber, ip̄se de se loquat̄] q.d. **Scimus q̄a hic filius nr̄ est,** & q̄a cæcus natus ē. sed iuste cogeremur loqui, p̄ infantē, si ip̄se p̄ se loqui nō posset. **Iste olim cæcus loquitur,** mō uidet. **Cæcū à natuitate nouimus, loquen-**

2 Matth. 2

tem olim scimus, uidentem modo uidemus. Ipsum interrogate, ut instruamini. [Hæc dixerunt parætes eius, quia timebat Iudeos. Iam enim conspirauerat Iudei, ut si quis cum cōfiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt, quæ ueritatem habet, ipsum interrogate. Vocabuerunt ergo rursum hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam deo.] Quid est, da gloriam deo? Nega quod accepisti. Hoc plane non est deo gloriâ dare, sed deu potius blasphemare. Da, inquit, gloriâ deo. **Nos** scimus quia hic homo peccator est. Dicit ergo eis ille: Si peccator est, nescio. Anū scio, quia cæcus cū essem, mō video. Dixerunt ergo ei: Quid fecit tibi, quod aperuit tibi oculos?] Et ille iā stomachans aduersum duritiam Iudeorū, & ex cæco uidēs, nō ferens cæcos, [Respondit eis: Dixi uobis iam, & audistis. Quid iterum uultis audire? Nunquid & uos uultis discipuli eius fieri?] Quid est, nunquid, nisi quod ego iā sum? Nunquid & uos iā video? sed nō video uos uidere. [Maledixerunt ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis.] Tale maledictū sup nos, & sup filios nōs. Maledictum est enim si cor discussias, nō si uerba open das. **Nos** autē discipuli **Moyſi** sumus. **Nos** scimus quia **Moyſi** locutus est deus. Habitatis enim dñm dicentem: Si crederetis **Moyſi**, crederetis & mihi. De me enim scripsit ita: Me sequimini seruum, & dorsum ponitis contra dñm. Respōdit ille homo, et dicit eis: In hoc enim mirabile est, quia uos nescitis **lyn̄x** sit, et aperuit meos oculos. Scimus autē, quia peccatores deus non audit. Sed si quis dei cultor est, & uoluntatem eius facit, hunc audit. Adhuc inunctus loquitur: nam & p̄ctores ex-

POST LAETARE

503

audiuit deus. Si em̄ pētōrēs deus nō audiret, fruſtra ille publicanus oculos in terram demittēs, & pēctus ſuū percutiens, diceret: Dñe, propitiuſ esto mihi pecatorī. Et per iſtam confeſſionē meruit iuſtificatiōnem, quō iſte cācūs illuminationem. Sed pētōribus laudandum eſt cor pēnitentia lachrymis, ut exaudiatur: & fiat in corde illorū, quod factū eſt in facie caci huius, & ſentiant deū illos exaudire, qui ut pecatores ſaluarer, uenit in mundū. Eſeculo nō eſt audiutum, quia quis aperuit oculos cēcina-
tū. Nisi eſſet bic a deo, nō poterat facere quicquid. Libere, cōſtanter, & ueraciter. Hāc em̄ qua-
facta ſunt à dño, à quo fierēt, niſi à deo? Aut qñ à di-
ſcipulis talia fierent, niſi in eis deus habitaret? Re-
pōderunt z direrunt ei: In peccatis natus
eſtotus. Quid eſt totus? Cū oculis clauſis. Sed qui
aperuit oculos, ſaluat & totū. Ipſe dabit in corde re-
ſurrectionē, q̄ in facie dedit illuminationē. In pec-
catis natus eſt totus, z tu doceſ nos. Et eie-
cerunt eum foras. Ipsi illū magistrū fecerāt: ut di-
ſcret, toties interrogauerūt: & interrogatū, docente
piecerunt. Dum ergo audiuit Jēſus, quia eie-
cerunt eum foras, z cum inueniſſet eum, dixit
ei: Tu credis in filium dei? Modo lauat faciē cor
di. Respōdit: z dicit qñ adhuc inuifitus: Quis
eſt dñe, et credā in eum? Et dixit ei Jēſus: Et
uidiſſi eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt. Tunc p-
ſiratus adorauit eum. I Deniq; iā facie lota cordis,
& mundata conſciencia, agnoscens illum non filium
Iosephi, quod ante crediderat, ſed filium dei quem
nidebat, ait: Credo domine. Sed parum eſt dice-
re credo. Vis uidere qualem credat? Procidōs ado-

FERIA V.

rauit eum.] Si deum dei filium non credidisset, quæ uidebat, nullatenus adorasset eum. Incubite ergo orationibus peccatores. Confitemini peccata nostra, orate ut deleantur, orate ut minuantur, orate ut uobis proficiensibus ipsa deficiant.

FERIA QUINTA.
post Lætare Iohannis V.

In illo tempore Dixit Iesus turbis Iudeorum: Pater meus usq; modo operatur,
& ego operor. **Et reliqua.**

Peratur pater & filius, ut naturam diuersas permaneat, quæ in prima conditione mundi conditæ sunt. Ideo dictum est in Psalmis: Qui finxit sigillarim corda eorum. Non incognita animarum genera, sed eiusdem substatiæ animas, quæ in prima homine cōdita est, reformat. Quapropter Psalmista, cum nō solum primordiale mundi creationem, sed & quotidianâ creaturæ gubernationē ad laudem creatoris referret, ait inter cetera: Omnia in sapientia fecisti. Si Christum dei uirtutē & dei sapientiā recte consideremur, & omnia in sapientia fecit ac regit deus, constat nimis, quia pater usq; modo operatur, operatur & filius. Ergo pater meus (inquit) non sex solum (ut putatis) diebus primis operatus est, uerum usq; modo operatur, non nouum creaturæ genus instituendo, sed quæ in principio creauerat, ne deficiat, propagando. Et ego operor, subauditur, usq; modo, cū eo cuncta disponens, regens, accumulans. Ahi aperte dācat: **Quid mihi inuidetis: cur me uituperatis cæcile-**